

THE POPE'S ENCYCLICAL LETTER.

[ORIGINAL LATIN.]

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII LITTERAE
APOSTOLICAE QUIBUS EXTRAORDINARIUM JUBILEUM INDICITUR.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primitibus, Archiepiscopis et Episcopis cum
Apostolica Sede pacem et communionem habentibus, et dilectis filiis universis
Christi Fidelibus, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

LEO PP XIII.

Venerabiles Fratre set Dilecti Filii.

Militans Iesu Christi Ecclesia, quae hominum generi maxime potest salutem
incolumitatemque praestare, tam graviter in hac calamitate temporum exercetur,
ut in novas quotidie procellas incurrat, vere comparanda cum Gennesarethana illa
navicula, quae, dum Christum Dominum ejusque discipulos olim veheret, maximis
turbibus ac fluctibus quatieberat. Revera qui cum catholico nomine gerunt ini-
micitias, ii nunc numero, viribus, consiliorum audacia praeter modum insoleuantur;
neque satis habent doctrinas caelestes palam abdicare, sed summa vi impetuque
contendunt, ut Ecclesiam aut omnino a civili hominum consociatione repellant, aut
saltem in publicis populorum vita nihil posse cogant. Ex quo fit ut illa in fungendo
munere, quod ab Auctore suo divinitus accepit, magnis undique se difficultatibus
implicatum ac retardatam seutiatur.

NEFARIAE HIJUS CONJURATIONIS ACERBISSIMI

fructus in Pontificem Romanum maxime redundant; cui quidem, legitimus juribus
suis, dejecto atque in excendis maximis muneribus multimodis impedito, figura
quaedam regiae majestatis, quasi per ludibrium, relinquitur. Quapropter Nos,
divinae providentiae consilio in hoc sacrae potestatis fastigio collocati, Ecclesiaeque
universae procuratione districti, et jamdiu sentimus et saepc diximus, quantum
haec, in quam Nos temporum vices compulerant, aspera sit et calamitosum conditio.
Commemorare singula nolumus; verumtamen manifesta sunt omnibus, quae in hac
urbe Nostra plures iam annos geruntur.—Hic enim in ipso catholicae veritatis
centro sanctitati religionis illuditur, et dignitas Apostolicae Sedis laeditur, et in
crebris profligatorum hominum injurias pontificia maiestas objicitur.

EREPTA POTES TATI NOSTRAE PLURA SUNT,

quae Decessores Nostri pie liberaliterque instituerant, ac successoribus suis inviolate
servanda transierant; neque temperatum est, quin jura laederentur sacri Institu-
ti christiano nomine propagando; quod quidem non de religione solum, sed etiam
de humanitate gentium praecclare meritum, nulla unquam vis superiorum temporum
violaverat.—Tempora catholici ritus clausa vel profanata non pauca, heretici ritus
multiplicata; doctrinarum pravitas scribendo aendoque impune diffusa.—Qui
rerum sunniti potiti sunt, dant saepe operam constituentis legibus in Ecclesiam
no menque catholicum injuriosum: idque in conspectu Nostro, quorum curae omnes
ex Dei ipsius mandato vigilare in eo debent, ut christiana res incolumis et Ecclesiae
jura salva sint.—Nullo autem respectu ad illam, quae est in Romano Pontifice,
docendi potestatem, ab ipsa institutione juvenitus auctoritatem Nostram inter-
cludunt; ac si Nobis est permisum, quod nulli privatorum interdicitur, in insti-
tutionem adolescentium scholas sumptibus Nostris aperire, in eas ipsas legum
civilium vis et severitas invadit.—Quarum rerum funesto spectaculo multo vehe-
mentius commovemur, quod sucrendi facultas, quam maxime optaremus, Nobis
non suppetit. In potestate enim suum verius inimicorum quam Nostra; atque
illa ipsa, quae Nobis conceditur, usura libertatis, cum eripi aut imminui alieno
possit arbitrio certum non habet stabilitatis constantiaeque firmamentum.

INTEREA QUOTIDIANO RERUM USU

manifestum est, malorum contagionem magis magisque serpere per reliquum chris-
tianae reipublicae corpus, et ad plures propagari. Etenim aversae ab Ecclesiae